Nr. 24 a „Iam lucis orto sidere“

In S. Angelum Custodem Hymnus

vgl. Nr. 35

spätestens Sommer 1868



Unter den Takten 3 und 7 stehen im Erstdruck, Linz 1868, folgende Varianten.



2.

Fidus venis qui coelitus
Illuc redisque nuncius!
Preces labores lacrimas
Ad Regis aulam perferas;
Donum clientis parvulum
Reddas Datori munerum.

3.

Miserrimum dulcissimo
Blandus fove solatio;
Salutis ad negotia
Me dormitantem concita;
Quando reluctor, argue;
Vires labanti suffice.

4.

Puro refulgens lumine,
Quod emicat de Numine!
Me sanctitatis aemulum
A labe serves integrum,
Ne' castitatis candida
Contaminentur lilia.

5.

Firma repelle dextera
Vim daemonis sub tartara;
Carnis retunde fomitem,
Superbiae propaginem,
Tuis ut armis protegar
Palmamque victor consequar.

6.

Cordis rigentis ferream
Perfringe pertinaciam;
Culpae gravatum sarcina
Manu potenti subleva
Poenasque sonti debitas
Fac supplicans ut arceas.

7.

Fuga ruant quum turbida
Mortalis aevi tempora:
Caduca fac me temnere,
Aeterna semper quaerere,
Ut haereat mens fervida
Sublimis inter sidera.

8.

Urgente pugna lugubri
Fortis paventi subveni;
Per mortis umbram dirige
Defende coram Judice
Laetaque de sententia
Fruar perenni gloria.

Amen.

Nr. 24 b „Iam lucis orto sidere“

Zum heiligen Schutzengel

spätestens Sommer 1868

Die Handschrift hat unter den Takten 3 und 7 in den für die Begleitung freigelassenen Zeilen die schon im Erstdruck, Linz 1868, enthaltenen Varianten; hier mit dem Vermerk „besser".